Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·SIS·

13

ut ablaueret tlum. Qui rendit. Due gē
tes in uto tuo sunt. et duo populi exuen
tur de utero tuo. populusq; populū superab.
et maior minori seruiet. Iam tempus pari
endi adueniebat. et ecce gemini in utero eius
reperti sunt. Qui primus egressus est rubus et
totus in more pelliceus. Vocatūq;
est nomen eius esau. Protinus alter egre
diens plantam fratris tenebat manu. et
ideo appellauit eum iacob. Sexagenarius
erat ysaac cum nati sunt ei pueri.
Quibus adultis factus est esau uir gnar
uenatilis. et homo agricola. Iacob autem
uir simplex habitabat in tabernaculis.
ysaac amabat esau eo quod de uenatione
uiuere eius uelectaretur. et rebecca diligebat
iacob. Coxit autem iacob pulmentum.
Adque uenit esau de agro lassus.
ait. Da mihi de coctione hac rufa. quia
oppido lassus sum. Unde obcam uocatum
est nomen eius edom. Cui dixit iacob.
Vende mihi primogenita tua. Ille rend.
Ecce morior. quid mihi proderunt primo
genita. Ait iacob. Iura ergo mihi. Iurauit
esau. et uendidit primogenita. et sic
accepto pane et lentis edulio. comed.
et bibit. et abiit. parpendens quod primo
genita uendidisset. XXVI.

Orta autem fame super terram pri
mam. preter sterilitatem que acciderat
in diebus abraham. abiit ysaac
ad abymelech regem palestinorum
in gerara. Apparuitque ei dominus. et ait.
Ne descendas in egyptum. habitaque
in terra quam dico tibi. Peregrinare in ea. Ero
que tecum. et benedicam tibi. Tibi enim et semi
ni tuo dabo uniuersas regiones has. et
ples iuramentum quod spondi patri
tuo abraham. et multiplicabo semen tu
um sicut stellas celi. Dabo que tibi et pos
teris tuis uniuersas regiones has. et be
nedicentur in semine tuo omnes gen
tes eo quod obedierit abraham uoci mee.
et custodierit precepta et mandata mea.
et ceremonias legesque seruauit. Mansit
itaque ysaac in geraris. Qui cum int
rogaretur a uiris loci illius super uxore
sua. Respondit. Soror mea est. Timuerat enim
dicere quod sibi esset sociata. ne forte interficerent eum propter illius pulchri
tudinem. Cumque prolongarentur dies plu
rimi. et ibidem moraretur. prospiciens abi
melech rex palestinorum per fenestram. uidit
eum iocantem cum rebecca uxore sua. et
accersito eo ait. Prospicuum est quod uxor
tua sit. Cur mentitus es eam sororem tuam
esse. Respondit. Timui ne morerer propter
illam. Dixitque abymelech. Quare ipse
fecisti nobis. Potuit coire quispiam
de populo cum uxore tua. et inducere super
nos peccatum grande. Precepitque omni plebi
dicens. Qui tetigerit hominis istius uxorem
morte morietur. Seuit autem ysaac
in illa terra. et inuenit in eo anno centu
plum. Vehementer ei dominante. et locupleta
tus est homo. et ibat proficiens atque suc
crescens donec magnus uehementer efficeretur.
Habuit quoque possessiones ouium et
armentorum. et familie plurimum. Oblite
uidentes ei palestini omnes puteos
quos fodiant serui patris sui abraham. illo
tempore obstruxerant. implentes humo. in eum
ut ipse abymelech diceret ad ysaac. Ure
de a nobis. quia potentior nostri factus es ual
de. Et ille discedens ibat. ut ueniret ad
torrentem gerare. habitaretque ibi. Rursus
fodit alios puteos. quos fodiebant ser
ui patris sui abraham. et quos illo mortu
o olim obstruxerant. phylistiim appel
lauitque eos hisdem nominibus quibus ante
pater uocauerat. fodiebat enim torrentem. et reperi
ebat aquam uiuam. Sed et ibi iurgium fuit
pastorum gerare aduersus pastores ysaac.
dicentium. nostra est aqua. Unde locum no
men puteo exed. quod iurgium accidisset.
Fodiebant quoque aliam. pro illo quoque
certatum est. Appellauitque eum inimicitias.
Profectus inde fodit aliam puteum. pro quo
non certatum est. Iteque uocauit nomen eius
latitudo. dicens. Nunc dilatauit nos
dominus. et crescere fecit super terram. Ascendit autem
ex illo loco in bersabee. ubi apparuit ei